



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres**

**Schevichavius, Gisbertus**

**Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.**

Capvt CXXXII. De Precationis Conclavi, & benedicta aqua.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42349**

## Post Examen.

1. Petenda venia.
2. Proponenda emendatio.
3. Notanda memoria, quæ confessio-  
ne expianda.
4. Oratio Dominica loco pœnitentia-  
recitanda.
5. Aliqua de nobis pœna sumenda.

Iesu cor meum imbue cordis tui dulcedine,  
Nihil velim, nil appetam, quam te tuamque glo-  
riam.

Siue mori me Christe iubes, seu viuere mavis,  
Dulce mihi tecum viuere, dulce mori.

*Iturus ad somnum aliquid tecum defer in memoria & cogita-  
tione, ait S. Bernardus, in quo placide obdormias, quod etiam  
somniaire iuuer & expediat. Causa autem quantum potes, ne  
totus aliquando dormias, ne sit somnus tuus non requies laeti,  
sed sepultura corporis suffocati. Quiet & somno, ait Sanctus  
Ephrem de vita spiritali cap. 76. tantum tempus impende,  
quantum cogit ipsa necessitas: quies enim diurna corpuse mol-  
lit, & libidinis ignem facile accendit.*

Septem horas dormisse sat est, juuenique  
senique.

## C A P V T CXXXII.

DE PRECATIONIS CONCLAVI,  
& benedicta aqua.

*Locus domi §. D*omi suæ aptum orationi locum habeant, vt  
separatus. *Judith. cap. 8. ver. 5. sic & precandigratia secef-  
sum*

sum quæsiuit Saluator Luc. 6. v. 12. Exiit in montem & pernoctans in oratione Dei. & cap. 9. v. 18. Cum solus effitorans. Ioannis 18. v. 1. 2. frequenter introiuit in hortum cum discipulis, preeandi caussa, vt & tunc fecit. Suadetque Christus Dominus Matth. 6. v. 6. Tu autem cum eraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito, & Pater tuus, qui videt in abscondito, r. dedit tibi. S. Hieron. Græci & Syri addunt: in proposito suo manifesto, cuius rei & exemplū Act. 10. v. 9. præbuit S. Petrus, qui ascendit in superiora ut oraret, aliquique quam plurimi Sancti.

## Locus dome-

§. Quo in loco si altare erigere nequeant, saltem <sup>sicca presa-</sup> facras imagines, quæ pietatem prouocent, habeant. Et <sup>tions sit de-</sup> similiter aquam habeant benedictam, eamq; libenter <sup>center pieq;</sup> præfertim domum ingredientes & egredientes ac nocturnam quietem capientes sublata in Deum mente usurpent.

## Aqua bene-

§. Nam aquæ consecrationem nobis sancti tradidere Apo- <sup>dicit & usum</sup>  
stoli, vt ait S. Basil. lib. de Spiritu S. c. 27. & B. Clemens <sup>acuere Apo-</sup>  
discipulus S. Petri lib. 8. const. Apostol. c. 35. ponit ri- <sup>stoli.</sup>

tum & ordinem consecrationis aquæ, & S. Dionysius  
S. Pauli discipulus lib. de Eccles. hier. lib. de Baptism.  
affirmat aquam sacris inuocationibus consecrari. Sicut ait <sup>Aqua Dei</sup>  
S. Cyillus Catech. 3. cibi sunt immundi inuocatione de- <sup>imploratio-</sup>  
monis, ita aqua simplex fit sancta inuocatione Dei. Id docet <sup>re sanctifi-</sup>  
& Apostolus 1. Tim. 4. v. 4. 5. Omnis creatura Dei bona  
est. &c.

§. Cum autem Ecclesiæ promissio facta sit à Christo, <sup>Quid in a-</sup>  
vt quidquid in nomine ipsius petierit, impe- <sup>qua conse-</sup>  
tratura sit, Ioannis 14. versic. 13. & cap. 16. ver. 23. effi- <sup>tratione pre-</sup>  
caces esse preces quas aquæ adhibet, indubitatum <sup>cessur Deum</sup>  
est. <sup>Ecclesia.</sup>

§. Petit autem primo ut per diuinæ nominis inuoca- <sup>Minutæ cul-</sup>  
tionem ejus aspersio præster animæ & corporis <sup>pas aqua be-</sup>  
<sup>nedita pro</sup>  
<sup>affidu asper</sup>  
<sup>sanita- sa enaculaat</sup>

*Minutus  
culpas aqua  
benedicta  
prio affectu  
aspersa e-  
maculat.*

sanitatem. Et recte quod delect venialia peccata cum motu reuerentiae in Deum, aut res diuinis, docet Sanctus Thomas 4. sent. dist. 12. & 3. part. q. 65. art. 1. ad 6. & 9. c. 71. art. 2. ad 3. & q. 87. art. 3. & alii Theologi. S. Gregorius lib. 1. dialog. c. 10. auctor est. S. Fortunatum fractum hominis ex equo delapsi femur, solius aquae benedictae aspersione sanasse. Georgius Episcopus Alexandrinus in vita Sancti Ioannis Chrysostomi narrat eum aqua ab Episcopo benedicta, semel atque iterum febre, dysenteria, aliisque diuturnis morbis affectos curasse, Surius 27. Ianuarii.

*Aqua bene-  
dicta pellit  
demones.* §. Secundo orat Ecclesia aqua consecrata, ut fuditur Diabolus ejusque prestigias & machinationes.

S. Epiphanius. haeres. 30. memoriae prodidit de Iosepho quodam comite Christiano, quod cum velle templum S. Adriani instaurare in honorem Christi, ac Iudaei prestigis & machinationibus suis opus impeditur, quo minus calcem per ignem conficere posset, ipse singulas fornaces aqua benedicta respergerit, & præter opinionem incantamenta dissoluerit, & ignis eruperit, & turbæ clamore edito, unus Deus, qui auxiliatur Christianis, secesserint. Theod. l. 5. hist. c. 11. Trip. l. 9. c. 33. Niceph. l. 12. c. 27. commemorant Maccium Apameæ Episcopum aqua benedicta dæmonem fugasse, qui euersionem delubri Louis impeditabat. S. Macharius apud Palladium in historia Laufiana cap. 10. fœminam que in equum videbatur mutata aspersione aquæ benedictæ pristinæ formæ restituit. V. Petrus Cluniacensis Abbas. libr. 1. de miraculis c. 7. recenset moribundum vidisse, domum, ubi decumbebat, compleri dæmonibus, at famulus eius Stephanus fide plenus aquæ benedictæ vasculum corripiens, omnia illius habitaculi loca aspersit, illosque penitus fugavit. Refert Surius quod Anno 1563. puella à dæmons obessa aquæ benedictæ potu liberata sit. Idem Surius

Surius 1. Decembris memorat homines 50. à dæmone obfessos, eo quod in festo SS. Petri & Pauli choreas duxisserunt, aqua benedicta ex Diaboli potestate creptos.

§ 3. Precatur Ecclesia ut consecratæ aquæ usus pellat *Aqua con-*  
*morbos, pestilentem aut corruptem aërem, & secrata af-*  
*quidquid inhabitantium incolumenti vel quieti no-*  
*persio exitium, afferat autem salubritatem. Aqua benedicta à S. ofa propel-*  
*Aphrate expulsas esse locustas in historia religiosa c. lit & auer-*  
i. 8. narrat Theodoretus. V. Beda lib. 5. historiarum c. tit.

4. scribit nobilissimam fœminam Comitissam grauifime & diutissime laborantem aqua benedicta mox ita conualuisse, ut ministraret mensæ, quemadmodum aliquando fecerat socrus Petri à Christo persanata Luc. 4. vers. 39. S. Bernardus in vita S. Malachiæ scribit ab eo per aquam benedictam phreneticam esse curamat. Hugo Cluniacensis Abbas ortum ex serpentis morsu grauem tumorem aqua benedicta depulit. Surius 29. April. Innumera sunt & verissima hujus rei experimenta & exempla, & nostro tempore præser-tim in Indiis.

§. Quarto precatur Ecclesia, ut eo in loco adsit spiritus sancti præsentia & eam beati Angeli custodi-  
*ant & defendant.*

§. Hos aquæ benedictæ effectus & vim enarrat S. Clemens l. 8. Const. Apostol. c. 29. Tribue Domine, inquit, ei vim sanandi & repellendi morbum, fugandi demones, id per Christum spem nostram. Alexander vero, quintus à S. Petro Pontifex & martyr epist. 1. can. 20. Aquam, de conf. dist. 3. Aquam, inquit, sale conspersam in populis benedicimus, rite cuncti aspersi sanctificentur & purifcentur, quod omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Et addit quod coquinatos purget, sterilitatem auferat, cetera bona multiplicet, insidias Diaboli auertat, & à phan-

*tasinatis versutiis homines de-*  
*fendat.*

## C A P.